



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

42. An Iudex saltem supremus habens contrariam probationibus non facti conscientiam Reum condemnare possit: etiam non citatum nec auditum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ex malitia Parochiam invadit, & absque
 authoritate Pontificis immediata, vel me-
 diata: eò quod tunc non proponat illum
 populo, nec cooperetur detrimento,
 quod sequitur subditis, cuius impedimen-
 ti causa est adæquata ipse intrusus, & in-
 trudens præter Pontificis voluntatem.

42. Alterum, quod disputandum re-
 stat est de Judice probationes habente, &
 contrariam probationibus non facti con-
 scientiam, an eum condemnare possit, &
 num etiam, non citatum, nec auditum?
 Supponunt autem omnes id non posse
 Judicem inferiorem, cum is in lege Supe-
 rioris dispensare non possit, maximè in re
 tanti momenti, sed debeat servare ordi-
 nem juris: est autem lex 1. ut nemo con-
 demnetur inaudit^o. 2. ut nemo condem-
 netur sine testibus. Difficultas ergò est de
 supremo Principe: quem id posse affir-
 mat Covar: *lib: 1. var. resol: cap. 1. n. 7. Felin:*
in cap. pastoralis, de potest. Iud: deleg: Verùm
 contraria nobis placet sententia, etiam
 quoad supremum Judicem, quando cri-
 men omninò occultum est, vel in iudicio
 probari non potest. *Less: lib. 2. cap. 29. n. 11.*

Move-

Movemur auctoritate *Can: 2. q. 1. accepto*
ex D. August: hom: 50. de utilit: pœn: ubi dici-
 tur, nos in quenquam sententiam ferre
 non possumus, nisi aut convictum, aut
 spontè confessum: idem inculcatur *can: 2.*
& 3. ibid: & can: consuluisti eâdem 2. q. 3. Ra-
 tio, quia non censetur Respublica voluisse
 hanc potestatem transferre in Principem,
 & dare ipsi potestatem supra vitam omniû
 sine alio testimonio quàm suo, eò quòd
 talis potestas quippè plurimis fraudibus
 exposita Reip: maximè esset noxia, & oc-
 casio præberetur Principi tyrannidem ex-
 ercendi. Deindè, quia quod solus Princeps
 novit adhuc censetur occultum, & reus
 cum restrictione, tunc licitè crimen ne-
 gat, *ex com: DD.* quia non interrogatur ju-
 rificè. Præterea cum Respub: jus non ha-
 beat in vitam Civium, nisi quando illi cer-
 tò delictum constat: quomodo jus huius-
 modi in Principem transferre potest; Di-
 xi in vitam vel membra Civium, nam lo-
 quendo de causis civilibus, & de ablatione
 officiorum probabile videtur contra *Less:*
lic. n. 84. Principem habere maiorem pote-
 statem ad hoc, ut ex scientia privata possit

in aliquo rarissimo tamen casu condemnare reum non convictum, nam cum Respubl: circa huiusmodi bona habeat majus dominium, & possit de illis disponere ad bonum publicum, facilius potest contingere, quod expediat ad bonum publicum auferre ab aliquo bona, vel officium, propter testimonium solius Principis idque in Principis reverentiam: Sicuti enim ob hanc causam Respublica dat valorem testamento, cui solus Princeps testis adstitit, ita & transferre dominium ab uno in alium potest, ob testificationem Principis, & sicut Respubl: hanc potestatem habet, ita illam cēsetur transferre in Principem, cui omnem suam potestatem committit. Deniq; quia jus defensionis Rei, & probatio testium, competit reo ex jure naturæ, ut patet ex *Clement: Pastoralis de sent: & re jud: & cap. qualiter de accus: Dicitur. Vndè videmus DEVM non protulisse sententiam contra Adamum nisi prius vocatum & auditum & defensum.* Cum ergo Princeps dispensare non possit in jure naturæ, dicendum est Principem non posse occidere nocentem probatum per testes innocen-

centem. *Dictum* præterea est in conclu-
sione, quando crimen omninò est occul-
tum, quia si sit publicum, supremus Ju-
dex aliquando potest reum non citatum
aut defensum occidere non servato juris
ordine, quia reus in eo casu non potest
jure se defendere in judicio, cum ea scien-
tia Reipublicæ notoria non dicatur pri-
vata: Ut proindè latrones reperti in fla-
granti delicto publico seu notorio, licitè
statim suspendantur, quia factum publi-
cum supplet locum accusatoris, & testi-
um, publicamq; facit scientiam, nec reo
jus se defendendi in judicio permittit: ut
benè *Less: sup. dubit. 11. num: 100.* Imò Ara-
gon idem obtinere asserit, si crimen & ci-
tatio criminosi in perniciem boni coñu-
nis, aut alterius innocentis vergat, ut col-
ligitur ex *can: si Sacerdos. 6. q. 1.* Ideò *Navar-*
rus in man: cap: 25. num: 10. Testatur à se
fuisse excusatum quendam Monarcham,
qui facto processu in absentia sine citatio-
ne capite plecti jussit, quendam suorum
militum Ducem, pro se alio in loco mi-
litantem, quem nec capere nec sine rebel-
lionis metu audire poterat. Idemq; cense-

mus, quando crimen ex se plenè probari potest, sed non expedit in iudicium deducere ob scandalum vel ob aliam justam causam: ut si quis aggressus sit Reginam, vel si occidendus sit Filius Principis, qui publicè absque gravi scandalo occidi nequeat, Princeps potest reum veneno occidere, seclusâ aliâ citatione vel defensione: non enim tunc justam illi eripit defensionem, cum Reus se defendere non possit, si jure consueto procederetur, probareturq; in iudicio crimen, quod supponim⁹ posse, sed hic & nunc non expedit *ut sup:* *Less. n. 101. Petrus Navarrus lib. 2. cap. 3. n. 142.* Idemq; dicendum est de reo, qui propter nimiam potentiam capi non potest, qui à Principe absens poterit condemnari, tunc enim Reus per vim processum impedit juridicum, sibiq; imputare debet quod hoc modo condemnatur. Iudex autem supremus eo casu curare debet allegari pro absente quæcunq; allegari possunt, ne ius defensionis Reo ullâ ratione adimat, & tunc si Reus per testes legitimos convictus fuerit ut constet delictum esse inexcusabile, poterit Princeps supremus ad pœnam

poenam delicto debitam procedere, fer-
 vato tamen, quantum fieri potest, ordine
 charitatis necessario ad salutem animæ
 morituri. *Dico supremus*: nam eo inferi-
 or non potest, cum Princeps ei non soleat
 conferre omnem potestatem suam, sed
 multa sibi reservet, volendo, ut inferior
 juxta leges judicet, nisi expressis signis
 contrarium explicet. *Dices* eo casu, quo
 quis Reipub: exitium moliretur, quod al-
 liter averti non posset, nisi secreto hujus-
 modi inferioris judicis judicio: quid fa-
 cto opus judici inferiori? *Respondeo* hoc
 casu non solum posse, sed & teneri judi-
 cem inferiorem solo secreto judicio Re-
 um è medio tollere: id verò non aget, ut
 judex puniens, sed ut privat' quilibet rem
 sibi commissam defendens. Instabis, potest
 judex quilibet debitorem cogere ad sol-
 vendum & restituendum, quando ille pri-
 vatim novit illum esse debitorem, quam-
 vis non possit hoc in judicio probari. Er-
 go similiter poterit cogere ad solvendam
 poenam. *Respondet Petrus Navarrus supra*
p. 2. n. 203. Non esse paritatem, eò quòd
 ad impedienda huiusmodi damna non

exigatur ordo juris: sicuti enim creditor
 posset contra debitorem uti occultâ com-
 pensatione, imò tertius aliquis ad hoc au-
 xilium præstare, ita potiori ratione iudex
 poterit authoritate suâ juvare, etiamsi in
 iudicio debitum probari nequeat. Sed
 contra, quia quod hic dicitur de occultâ
 compensatione, ad quam potest tertius
 juvare, parùm est ad rem, quia sanè ille a-
 ctus juvandi non est actus iudicandi ex-
 ercendiq; iudicium authoritate publica,
 sed est quasi ministerialis quædam execu-
 tio, loco, nomine, & jure creditoris, qui
 tanquam privata persona jus habet hic &
 nunc sibi compensandi, ac ideò mirum
 non est, si tam ille creditor quam alius e-
 jus nomine possit actionem illam priva-
 tam exercere; & privata scientia actum
 regulare: at verò actus ille iudicandi &
 condemnandi reum ad pœnam pecunia-
 riam, aut solutionem faciendam, cum sit
 actus justitiæ publicæ, non privata sed pu-
 blica scientia regulari debet: ut proinde
 non videatur recedendum à nostra sen-
 tentia. De beneficiis & officiis conferen-
 dis, & de electionibus atq; dispensationi-
 bus,

bus, aliisq; quæ ipsius iudicis arbitrio
 committuntur, docet *Pater Castil: de just:*
lib. 2. tr: 1. Disp: 4. Dub. 5. quæst. 1. num: 105.
Respondens ad argumentum 3. non teneri ju-
dicem sequi publicam scientiam, sed po-
tius veritatem sibi cognitam, in iis enim
distributor potiùs est, quam Judex, eiq;
onus incumbit officia pro meritis distri-
buendi.

43. Tertia quæ dissolvenda restat dif-
 ficultas est: An iudici possit aliquid dari
 ab eoq; accipi? Nota triplici titulo dari
 posse iudici aliqua. 1. Titulo stipendii.
 2. Titulo expensarum pro labore. 3. Ti-
 tulo donationis liberalis, & de his tribus
 possumus dubitare. Afferimus 1. Posse
 iudicem à litigantibus pro exercendo suo
 officio aliquid accipere titulo stipendii.
 Pr. quia obligatio iudicandi est res pretio
 æstimabilis, nec est aliquid spirituale eti-
 am si iudex sit Ecclesiasticus, sed est quæ-
 dam locatio operæ suæ: atq; ut ait scriptu-
 ra, dignus est mercenarius mercede suâ.
 Hæc autem doctrina locum habet, quan-
 do iudici stipendium à Republ: vel ab alio
 assignatum non est: si enim ad sufficienti-